Feria quarta post Dominicam Reminiscere Quadrages[im]a proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Cuius Citationis Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Zapienski Citationis Huius Copiam ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citatorum Bielsk apud Viceaduocatum posuisse et eosdem citatos publicasse recognouit Memorati Actores Citatos supra scriptos ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Albertum Skrodo iuridice clamatos et non comparentes in hoc suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii praesentis iuxta Condemnaverunt

Borowski Lucrum

Super Citationem literalem Castren[sem] Capitis Bransk[ensem] tenoris talis Franciscus Joannes in Kłoczow Lemonowski Bransken[sis] Capitaneus Vobis Nobilibus Ambrosio olim Thomae Kalinowski Alberto olim Thomae Kalinowski Alberto olim Pauli Zdroyewski Mariano filio Stanislai Borowski Jacobo Zapienski Jacobo Borowski olim Joannis de Kalinowka heredibus ex omnibus bonis Vestris mobilibus et immobilibus Vigore Regio et n[ost]ra Capitan[eali] authe[ntica] mandamus ut in terminis querellarum ac causarum officii Capitan[ealis] Castren[sis] Bransken[sis] in Curia Regia Branskensi feria secunda post datum praesentis Citationis prius et proxime celebrandis pro et peremptorie compareatis Ad Instantiam Nobilis Benedicti olim Adami Borowski de Borowo Szczepany heredis Actoris qui Vos citat ideo quia Vos in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Pallatinatu Podlachiensi sunt sublata ausi estis in via libera bonorum Szczepany heredis Actoris Poleje Stoniny neo prout de facto recepistis et exegistis per quod poenam Mille marcarum Poloniae incurristis ad quam super Vobis decernendam una cum solutione expensarum et restitutione thelonei Citamini iuxta h[uius]mo[d]i responsuri et terminum eundem attentaturi Datum in Curia Regia Bransken[si] feria secunda post Dominicam Oculi Quadragesimale proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Cuius Citationis Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Grzelak ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Kalinowka apud Nobilem Ambrosium Unum ex citatis posuisse et eosdem de positione publicasse recognouit Memoratus Actor Citatos supra scriptos ut supra